

Baptista Rubius *de divinis Offic. 2.*
c. 45.

Q. 8. Cur in fine Symboli iterum se signat Sacerdos signò Crucis?

Ut quasi sigillò Crucis, Fidei totius professio firmetur. *Alias rationes vide superiùs ante Dominus vobiscum.*

CAPUT III.

Offertorium & quæ illud consequuntur usque ad Canonem Missæ.

§. I.

De Offertorio.

Q. 1. Cur fit Offertorium?
Cur. Offertorium fit à Sacerdote celebrante, ut panis & vini materiam consecrandam DEO dedicet præviâ quadâm oblatione. Aliud Offertorium fit à populo, ut per illud fideles significant se cooperari velle Sacrificio Sacerdotis, & illud sibi commune facere.

Q. 2.